reprehendit ſe de locutõne dicens Unũ locutus ſum ⁊ vtinam tacuiſſem Job. xlij. Iheremias in vtero ſanctificatuſ excuſabat ſe dicens. Neſcio loqui. Ihere. j. Locuturus paulus in ſinagoga ſilenciũ indixit. quia vbi nõ eſt auditus nõ debet effundi ſermo. Actu. xiij. Silere debent ſapientes vſqȝ ad tempus ⁊ ↄgruo tempore loqui. Nam cum abigayl placaſſȝ dauid. nõ indicauit viro ſuo vnũ verbum ſed tacuit vſȝ mane dũ digeſſiſſet vinum. j. Regum xxv. Diu tacuit heſter nõ loquens populo ſuo ne a rege odiretur. ſed tempore ſuo eſt locuta Heſter. ij. ⁊ iij. Beata maria audita ſalutatione prius tacuit ⁊ poſtea modeſte reſpondit Luce. j. Et nota ꝙ maria tantum quinqȝ vicibus legit̃ fuiſſe locuta. ſ. cuȝ angelo. Luce. j. Cum elyzabeth ⁊ cuȝ filio in templo Luce. ij. Cum eodẽ in nuptijs. Johannis. ij. Et cum miniſtris. eodẽ capitulo.

De ſocietate bonorum

Societas bona habet

Ab imminentib9 liberatos efficere.
Conuenientib9 locupletatos reficere
Sancte viuẽtes aſſociatoſ ꝑficere.

Ocietas bonorum liberat hominȝ a periculis. Nam ſi fuiſſent inuenti decȝ iuſti in ciuitatibus zodomorum peperciſſet dominus vniuerſis ⁊ euaſiſſent Geneſis. xvj. cap. Homĩes de lachis occiſi fuerunt. quia nõ habuerunt ſocietatem cum aliquo bono. Judicum. xviij. capitu. Raphaelis ſocietas quam habuit thobias ipſum de multis periculis liberauit. Thobie quinto capitulo. Occaſione danielis boni ⁊ prudentis pepercit Nabuchodonoſor ariolis ⁊ ſapientibus babilonis. Danielis ſecundo.

Propter ſocietatem Pauli omnes de naufragio ſunt liberati ⁊ ſaluati. Actu.xxvij.

Societas bona cauſa eſt abundantie. nam ditatus eſt laban ꝓpter ſocietatē iacob Geñ xxx.ca. Benedixit dñs domini egypti ꝓpter ioſeph ⁊ multiplicauit ſubſtantiam. Geneſis.xxxix.ca. Propter ioſaphat bonum impetrauit heliſeus exercitui aquas aliorum malorum regum. iiij. Reguꝫ.iij. In huius figura ſuper diſcipulos ꝯgregatos ſpiritusſanctus abundanter deſcendit. Actuum.ſecūdo.

Societas bonoꝝ bonos facit homines. nam ſaul cuꝫ alijs ꝓphetis ꝓphetizare cepit.primi.Reguꝫ.xix. Ideo homines deum timentes volebant ſecum habere thobiā. Thobie.ij. Illi ſeptem frēs cum pia eorum matre vincti inuicem ſe hortabant ad bonum.ij.Machabeorum.vij. Quādiu petrus fuit cū diſcipulis fuit bonus. ſed cum aſſociatus fuit iudeis criſtū negauit. Mathei.xxvi.cap. Marci.xiiij. Cecus a chriſto illuminatus a ſynagoga eiectus fuit inter fideles a xp̄o receptus. Johānis.ix.capi. Paulus adhuc poſt ſuaꝫ cōuerſionem tēptabat ſe ꝯiungere apoſtolis vt fieret melior. Actuum.ix.capi.

De ſocietate malorum

Societas mala eſt	Effectiua occupationum humanarum
	Diſtractiua conſolationū diuinarum.
	Illatiua tribulationum mundanarū.
	Cauſatiua ꝑturbationum illatarum
	Inductiua deteſtatōnum ⁊ culparum
	Deſtructiua federatōnum ꝑfectarum.